

HEINRICH DENZINGER

ENCHIRIDION SYMBOLORUM

definitionum et declarationum
de rebus fidei et morum

45^a edizione bilingue

a cura di

Peter Hünemann



EDIZIONI DEHONIANE BOLOGNA

Neque item negatur, posse multoties pecuniam ab unoquoque suam per alios diversae prorsus naturae a mutui natura contractus recte collocari et inpendi, sive ad proventus sibi annuos conquirendos, sive etiam ad licitam metataram et negotiationem exercendam honestaque indidem luca percipiendam.

2549 4. Quemadmodum vero, in tot eiusmodi diversis contractuum generibus, si sua cuiusque non servatur aequalitas, quiddam plus iusto recipitur, si minus ad usuram (eo quod omne mutuum, tam apertum quam palliatum, absit), at certe ad aliam veram iniustitiam restituendi onus pariter afferentem spectare compertum est: ita, si rite omnia peragantur et ad iustitiam libram exigantur, dubitandum non est, quin multiplex in isdem contractibus licitus modus et ratio suppetat humana commercia et fructuosam ipsam negotiationem ad publicum commodum conservandi ac frequentandi. Absit enim a Christianorum animis, ut per usuras aut similes alienas iniurias florere posse lucrosa commercia existant; cum contra ex ipso oraculo divino discamus, quod «iustitia elevat gentem, miseris autem facit populus peccatum» [*Prv 14,34*].

2550 5. Sed illud diligenter animadvertendum est, falso sibi quemquam et non nisi temere persuasurum, reperiri semper ac praesto ubique esse vel una cum mutuo titulos alios legitimos, vel, secluso etiam mutuo, contractus alios iustos, quorum vel titularum vel contractuum praesidio, quotiescumque pecunia, frumentum aliudve id generis alteri cuiusquam creditur, toties semper liceat auctarium moderatum ultra sortem integram salvamque recipere.

Ita si quis senserit, non modo divinis documentis et catholicis Ecclesiae de usura iudicio, sed ipsi etiam humano communi sensui ac naturali rationi procul dubio adversabitur. Neminem enim id saltem latere potest, quod multis in casibus tenetur homo simpliciter ac nudo mutuo alteri succurrere, ipso praesertim Christo Domino edocente: «Volenti mutuari a te, ne avertaris» [*Mt 5,42*]; et quod similiter multis in circumstantiis, praeter unum mutuum, alteri nulli vero iustoque contractui locus esse possit.

Quisquis igitur suae conscientiae consultum velit, inquirat prius diligenter oportet, verene cum mutuo iustus alius titulus, verene iustus alter a mutuo contractus occurrat, quorum beneficio, quod quaerit lucrum, omnis labis expers et immune reddatur.

2552-2562: Instructio Postremo mense, 28 Febr. 1747

De baptismo infantium invitis parentibus

2552 4. De primo primae partis capite si sermo sit, utrum nempe dissentientibus parentibus Hebraei infantes baptizari possint, aperte asserimus, hoc iam a sancto Thoma tribus in locis definitum fuisse, nempe in *Quodlibet 2*

Eneanche si nega che spesso qualcuno può collocare e impiegare bene il suo denaro a mezzo di altri contratti di qualità totalmente diversa dal prestito, sia per procurarsi rendite annue, sia anche per concludere liciti affari commerciali e proprio da questi percepire onesti guadagni.

4. Ma allo stesso modo che in tali e tanti diversi generi di contratti, se non è mantenuta l'eguaglianza di condizioni propria di ciascuno, è noto che quel che si riceve più del giusto ha a che fare se non coll'usura (dato che non vi è prestito né palese né simulato), certamente con qualche altra illegalità, che implica egualmente l'obbligo di restituire; così, se si procede in ogni cosa con correttezza, agendo secondo la bilancia della giustizia, non c'è da dubitare che in quei medesimi contratti sovrabbondano molte maniere e vie lecite per conservare e rendere numerosi i traffici umani e persino il lucroso commercio. Siano infatti i cristiani ben lontani dal credere che possano fiorire lucrosi commerci per mezzo dell'usura o di simili danni recati ad altri; sappiamo invece dallo stesso divino oracolo che «la giustizia innalza la gente, e il peccato rende miseri il popolo» [*Pro 14,34*].

5. Ma a questo bisogna porre con diligenza attenzione; che qualcuno si comincerà, a torto e temerariamente, che si trovino sempre e vi siano dovunque altri titoli legittimi assieme al prestito, o, anche escluso il prestito, altri giusti contratti, con l'aiuto dei quali titoli o contratti sia lecito, ogni volta che si consegna a chicchessia denaro, frumento o altra cosa di alto genere, ricevere oltre al capitale sano e salvo, un moderato profitto.

Se alcuno la penserà così, non solo andrà sicuramente contro i divini insegnamenti e il giudizio della chiesa cattolica sull'usura, ma anche all'umano senso comune e alla ragion naturale. Nessuno infatti può ignorare almeno questo, che in molti casi l'uomo è tenuto a soccorrere il suo simile con un prestito puro e semplice, come insegna soprattutto Cristo Signore: «Non volgere le spalle a colui che vuole prendere a prestito da te» [*Mt 5,42*] e che egualmente, in molte circostanze, non può aver luogo nessun altro contratto autentico e sano, oltre al solo prestito.

Bisogna dunque che chiunque voglia il bene della propria coscienza indaghi prima attentamente se veramente insieme col prestito non si presenti un altro giusto titolo; e non si tratti veramente di un altro contratto diverso dal prestito, per mezzo del quale sia reso innocente e immune da ogni macchia il guadagno che cerca di procurarsi.

2552-2562: Istruzione Postremo mense, 28 febr. 1747

Benedetto XIV fece pubblicare tempo dopo come istruzione una lettera inviata al suo vicario, in cui si occupava di un caso avvenuto a Roma. - Ed.: Benedetto XIV, *Bullarium* (Maines) 5, 8-48 (ed. antica vol. 2, n. 28) / CollPP² 1, 1978, n. 360.

Battesimo di bambini contro la volontà dei genitori

4. Se il discorso è relativo al primo capitolo della prima parte, se cioè dei bambini ebrei possono essere battezzati contro la volontà dei genitori, dichiariamo apertamente che questo è già stato definito da san Tommaso in

- a. 7: in [Summa theologiae] II^a II^{ae}, q. 10, n. 12, ubi ad examen vocat, questionem in *Quodlibetis* propositam: «Utrum pueri Iudaeorum et aliarum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi», ita respondet: «Respondeo dicendum, quod maximam habet auctoritatem Ecclesiae consuetudo, quae semper est in omnibus aemulanda, etc. Hoc autem Ecclesiae usus nunquam habuit, quod Iudaeorum filii inuitis parentibus baptizarentur ...»; atque ita ad in II^a, q. 68, a. 10: «Respondeo dicendum, quod pueri infidelium filii ... si nondum habent usum liberi arbitrii, secundum ius naturale sunt sub cura parentum, quamdiu ipsi sibi providere non possunt ...; et ideo contra iustitiam naturalem esset, si tales pueri inuitis parentibus baptizarentur; sicut etiam si aliquis habens usum rationis baptizaretur inuitus. Esset etiam periculosum ...»
- 2553 5. Scutus in IV *Sententiarum* dist. 4, q. 9, n. 2 et in questionibus relatis ad n. 2 censuit laudabiliter posse principem imperare, ut inuitis etiam parentibus Hebraeorum atque infidelium infantuli baptizentur, dummodo id potissimum prudenter caveatur, ne iidem infantes a parentibus occidantur. ... Prævaluit tamen in tribunalibus sancti Thomae sententia ... atque inter theologos canonumque peritos vulgariter est. ...
- 2554 7. Hoc igitur posito, quod nefas sit Hebraeorum infantes reluctantem parentum arbitrio baptizare, nunc iuxta ordinem initio propositum descendendum oportet ad alteram partem: an videlicet contingere unquam possit occasio aliqua, in qua id liceat et conveniat.
- 2555 8. ... Cum id eveniat, ut ab aliquo Christiano Hebraeorum puer mortis proximum reperitur, rem opinor laudabilem Deoque gratam is certe efficit, qui salutem puero aqua lustrali præbeat immortalam. ...
- 2556 9. Si item eveniret, ut puer aliquis Hebraeus prociectus esset atque a parentibus derelictus, communis omnium sententia est pluribus quoque confirmata iudicis, cum baptizari oportere, reclamantibus etiam repetentibusque parentibus. ...
- 2557 14. Postquam casus magis obvios exposuimus, in quibus nostra haec regula prohibet, Hebraeorum infantes inuitis parentibus baptizari, aliquas insuper declarationes addimus ad hanc regulam pertinentes, quarum haec prima est: si parentes desint, infantes vero alicuius Hebraei tutelae commissi fuerint, eos sine tutoris assensu licite baptizari nullo modo posse, cum omnis parentum potestas ad tutores pervenerit. ...
15. Secunda est, si pater christianae militiae nomen daret iuberetque infantem filium baptizari; cum quidem vel matre Hebraea dissentiente baptizandum esse, cum filius non sub matris, sed sub patris potestate sit habendus. ...
16. Tertia est: quamvis mater filios sui iuris non habeat, tamen ad Christi fidem si accedat et infantem offerat baptizandum, tametsi pater Hebraeus reclamet, eum nihilominus aqua baptismatis abluendum esse. ...

- re larghi; e cioè in *Quodlibeta* 2, a. 7: nella [Summa theologiae] II^a-II^{ae}, q. 10, a. 12, dove, esaminando di nuovo la questione proposta in *Quodlibeta*: «Se i figli dei giudei e degli altri infedeli debbono essere battezzati contro la volontà dei genitori», così risponde: «Rispondo dicendo che ha la massima autorità la consuetudine della chiesa, che deve sempre essere imitata in tutte le cose, ecc. L'uso della chiesa non fu mai tale che i figli dei giudei fossero battezzati contro la volontà dei genitori ...»; e così dice nella III^a, q. 68, a. 10: «Rispondo dicendo che i bambini figli di infedeli ... se non hanno ancora l'uso del libero arbitrio, secondo il diritto di natura sono sotto la cura dei genitori, per tutto il tempo in cui essi non possono provvedere a se stessi ...; e sarebbe dunque contro la giustizia naturale, se questi bambini venissero battezzati contro la volontà dei genitori; come anche se qualcuno che ha l'uso di ragione fosse battezzato contro la sua volontà. Sarebbe anche pericoloso ...»
5. Scito nel *Commento alle Sentenze* [di Pietro Lombardo], lib. IV, dist. 4, q. 9, n. 2 e nelle questioni riferite al n. 2 ha ritenuto che il principe potesse in modo lodevole comandare che i bimbi degli ebrei e degli infedeli fossero battezzati anche contro la volontà dei genitori, purché soprattutto si potesse prudentemente assicurare che gli stessi fanciulli non fossero uccisi dai genitori. ... Tuttavia la sentenza di san Tommaso ha prevalso nei tribunali ... ed è la più comune fra i teologi e i canonisti. ...
7. Ammesso dunque che è contro il diritto naturale battezzare i bambini degli ebrei quando si oppone la volontà dei genitori, ora secondo l'ordine proposto all'inizio, bisogna affrontare la seconda parte: se cioè possa mai darsi una qualche occasione nella quale questo sia lecito e conveniente.
8. ... Se succede che venga trovato da un qualche cristiano un fanciullo degli ebrei prossimo alla morte, io penso che faccia certamente cosa lodevole e gradita a Dio, colui che con l'acqua lustrale offra al fanciullo l'immortale battezza. ...
9. Se ugualmente avvenisse che un fanciullo degli ebrei fosse stato scacciato e abbandonato dai genitori, è comune opinione di tutti, confermata anche da moltissime sentenze giudiziarie, che questi deve essere battezzato, anche se i genitori lo reclamano e lo richiedono. ...
14. Dopo aver esposto i casi più facili, nei quali questa nostra regola proibisce che siano battezzati i bambini degli ebrei contro la volontà dei genitori, aggiungiamo ora alcune chiarificazioni che si riferiscono a questa regola. La prima di queste è la seguente: se non ci sono i genitori e i bambini sono stati affidati alla tutela di un qualche ebreo, questi non possono in alcun modo essere battezzati licitamente senza l'assenso del tutore, dato che tutte le potestà dei genitori sono passate ai tutori. ...
15. La seconda è: se il padre ha aderito alla religione cristiana e ha ordinato che il bambino sia battezzato, anche se la madre è contraria, questi deve essere battezzato, dato che il figlio deve essere considerato sotto la potestà del padre e non della madre. ...
16. La terza è: benché la madre non abbia i figli sotto la sua potestà, tuttavia se aderisce alla fede di Cristo e presenta il bambino per essere battezzato, anche se il padre ebreo protesta, ciononostante questi deve essere lavato con l'acqua del battesimo. ...

17. Quarta est, quod si pro certo habeatur, parentum voluntatem esse infantium baptisam necessariam, quoniam sub appellatione parentum locum quoque habet paternus avus: ... hinc necessario sequitur, ut si avus paternus catholicam fidem amplectus sit ac nepotem ferat ad sacri lavacri fontem, quamvis mortuo iam patre mater Hebraea repugnet, tamen infans sit absque dubio baptizandus ...

2558 18. Fictitia res non est, quod aliquando pater Hebraeus se velle catholicam religionem amplecti praedicit ac se ipsum filiosque infantes baptizanda offerat, postmodum vero sui se consilii paeniteat abnuatque filium baptizari. Id Mantuae evenit. ... Res ad examen deducta est in Congregatione S. Officii ad Pontifex die 24 Sept. anno 1699 ... decrevit, quod «duo filii octo annorum scilicet triennis, alter quinquennis baptizatur. Alii, nempe filius octo annorum et filia duodecim, collocentur in domo Catechumenorum, si ea Mantuae adsit, sin minus apud piam honestamque personam ad effectum explorandi ipsorum voluntatem eosque instruendi»...

De baptismo infantum oblatorum ex prava intentione

2559 19. Sunt quoque aliqui infideles suos infantes Christianis offerre soliti, ut aquis salubribus abluantur, non tamen Christi ut stipendia mereantur, neque ut originalis culpa eorum ex anima deleatur: sed id faciunt indigna quadam superstitione ducti, quod nempe baptismi beneficio existimant eosdem a malignis spiritibus, a foetore aut morbo aliquo liberandos. ...

2560 21. Cum ad theologos canonumque peritos huius quaestionis examen transisset, variis casus propositi ac discussi fuerunt. Infideles aliqui, cum hoc ubi in animum induxissent, baptismi gratia infantes suos a morbis daemoneque vexationibus liberatum iri, eo dementiae adducti sunt, ut mortem quoque minitanti sint catholici sacerdotibus, qui, utpote eorum pravae mentis consensu, baptismum eorumdem liberis constantissime denegabant. ...

[Quidam] sentiunt omnibus conferri baptismum posse, mors ut evitetur, dum materia solum, non autem forma, adhibeatur. At huic sententiae refragatur congregatio S. Officii coram Pontifice habita die 5 Sept. 1625:

2561 «Sacra Congregatio universalis Inquisitionis habita coram Sanctissimo, relatis Litteris episcopi Antibarensis, in quibus supplicabat pro resolutione infrascripti dubii:

An, cum sacerdotes coguntur a Turcis, ut baptizent eorum filios, non ut christianos efficiant, sed pro corporali salute, ut liberentur a foetore, criminali morbo, maleficiorum periculo et lupis, an in tali casu possint saltem fidei eos baptizare, adhibita baptismi materia sine debita forma?

Respondit negative, quia baptismus est iuxta sacramentorum ac proestatio fidei, nec ullo modo fingi potest». ...

17. La quarta è se si ritiene per certo che la volontà dei genitori è necessaria per il battesimo dei bambini, dato che sotto la denominazione di genitori ha pure un posto il nonno paterno, ... ne consegua necessariamente che, se il nonno paterno ha abbracciato la fede cattolica e porta il nipote al fonte del sacro lavacro, anche se, morto ormai il padre, la madre ebrea si oppone, tuttavia il bambino deve essere senza alcun dubbio battezzato ...

2558 18. Non si tratta di un caso fittizio, che talvolta un padre ebreo stabilisce di volere abbracciare la religione cattolica e si offra insieme ai suoi figli bambini per essere battezzato, e che poi in seguito si pente del suo proposito e rifiuta di fare battezzare il figlio. Questo è avvenuto a Mantova. ... La cosa è stata riferita all'esame della Congregazione del Sant'Uffizio, e il pontefice il 24 settembre dell'anno 1699 ... deliberò che «due figli bambini, uno di tre anni e l'altro di cinque, debbono essere battezzati. Gli altri, il figlio cioè di otto anni e la figlia di dodici, debbono essere collocati nella casa dei catecumeni, se ce n'è una a Mantova, in caso contrario presso una pia e onesta persona con lo scopo di verificare la loro volontà e di istruirli». ...

Il battesimo di bambini offerti con intenzione non retta

19. Ci sono poi alcuni infedeli che sono soliti offrire i loro bambini ai cristiani perché siano purificati con le acque salutari, non però perché possano meritare la retribuzione di Cristo, e nemmeno perché il peccato originale sia cancellato dalla loro anima: fanno invece questo guidati da una certa qualche leggiera superstizione, perché appunto essi pensano che per mezzo del battesimo questi siano liberati dagli spiriti maligni, dal cattivo odore o dalla malattia. ...

2560 21. Quando l'esame di questa questione è stato portato ai teologi e ai canonisti, diversi casi sono stati proposti e discussi. Alcuni infedeli, essendosi messi in testa che con la grazia del battesimo i loro figli sarebbero stati liberati dalle malattie e dalle vessazioni dei demoni, si sono ridotti a un tal grado di follia da minacciare pure di morte i sacerdoti cattolici che, essendo consapevoli della loro cattiva intenzione, negavano con grande fermezza il battesimo ai loro figli. ...

[Alcuni] pensano che, per evitare la morte, possa essere a tutti conferito il battesimo, usando soltanto la materia, e non invece la formula. A questa opinione si oppone la congregazione del Sant'Uffizio tenutasi in presenza del pontefice il giorno 5.9.1625:

2561 «La Sacra Congregazione dell'Inquisizione generale tenutasi in presenza del santissimo, data lettura delle lettere del vescovo di Antivari, nelle quali egli supplicava per la soluzione del dubbio sotto descritto:

I sacerdoti, quando sono costretti dai turchi a battezzare i loro figli non perché diventino cristiani, ma per la salute del corpo, affinché siano liberati dal cattivo odore, dall'epilessia, dal pericolo di malefici e dai lupi, possono forse in tal caso battezzarli almeno apparentemente, usando la materia del battesimo, senza la debita forma?

ha risposto negativamente, perché il battesimo è porta dei sacramenti e proclamazione della fede, e in nessun modo può essere simulato». ...

De baptismo infantium illegitime oblatorum

2562 29. ... Ad eos itaque spectat hic sermo noster, qui baptismo, neque a parentibus neque ab aliis, qui ius in eos habeant, offeruntur, sed ab aliquo nullam habente auctoritatem. De iis praeterea agitur, quorum casus non comprehenduntur sub ea dispositione, quae sinit baptismum conferri, etiamsi maiorum consensus desit: hoc quidem in casu baptizari non debent, sed ad illos remitti, quorum in potestate ac fide sunt legitime constituti.

Quod si iam sacramento initiati essent, aut detinendi sunt aut ab Hebraeis parentibus recuperandi tradendique Christi fidelibus, ut ab illis pie sancteque informentur; hic enim baptismi licet illiciti, tamen veri validique, effectus est. ...

2564-2565: Ep. *Dum praeterito ad Supremum Inquisitorem Hispan.*, 31 Iul. 1748

Su richiesta del padre generale Gioja OESA, Benedetto XIV con questa lettera trattene il Grande Inquisitore di Spagna dal porre nell'Indice spagnolo opere del card. Enrico Norris sospettate di baianismo e giansenismo. Il papa sottolineò la libertà delle scuole teolo-

De libertate docendi in quaestionibus de auxiliis

2564 Tu scis in celeberrimis quaestionibus de praedestinatione et gratia et de modo conciliandi humanam libertatem cum omnipotentia Dei multiplices esse in scholis opiniones. Thomistae traducuntur uti destructores humanae libertatis et uti sectatores nedum Iansenii, sed etiam Calvini; sed cum ipsi obiectis apprime satisfaciant, nec eorum sententia fuerit umquam a Sede Apostolica reprobata, in ea Thomistae impune versantur, nec fas est ulli Superiori ecclesiastico in praesenti rerum statu eos a sua sententia remove.

Augustiniani traducuntur tamquam sectatores Baii et Iansenii. Reponunt ipsi, se humanae libertatis fautores esse, et oppositiones pro viribus eliminant, cumque eorum sententia usque adhuc a Sede Apostolica damnata non sit, nemo est qui non videat, a nullo praetendi posse, ut a sua sententia discedant.

Sectatores Molinae et Suaresii a suis adversariis proscribuntur, perinde ac si essent Semipelagiani; Romani Pontifices de hoc Moliniano systemate usque adhuc iudicium non tulerunt, et idcirco in eius tuitione prosequuntur et prosequi possunt.

2565 Uno verbo, episcopi et inquisitores non notas, quas doctores inter se digladiantes sibi invicem opponunt, attendere debent, sed an notae invicem oppositae sint a Sede Apostolica reprobatae. Haec libertati scholarum favet, haec nullum ex propositis modis conciliandi humanam libertatem cum divina omnipotentia usque adhuc reprobavit. Episcopi et inquisitores, cum se dat oc-